
yhs: ma

1470 1

Quoniam ex precepto regule iubemur habere cor unum et animam unam in domino: iustum est ut qui sub una regula et unius professionis voto vivimus: uniformes in observanciis canonice religionis inveniamur: quatenus unitatem que interius observanda est in cordibus foveat et representet uniformitas exterius servata in moribus. Quod profecto eo competencius et plenius poterit observari si ea que agenda sunt scripto fuerint commendata: si omnibus qualiter sit vivendum scriptura teste innotescat: si mutare vel addere vel minuere nulli quicquam propria voluntate liceat: ne si minima neglexerimus paulatim defluamus. Ad hec tamen prelatus in conventu suo dispensandi cum fratribus habeat potestatem cum sibi aliquando videbitur expedire: in hiis precipue que studium vel predicationem vel animarum salutem vel fructum videbitur impedire: cum ordo noster specialiter ob predicationem vel animarum salutem ab initio noscatur institutus fuisse: et studium nostrum ad hoc principaliter debeat intendere: ut proximorum animabus possimus utiles esse. Priores autem utantur dispensationibus sicut et alii fratres. Ut igitur unitati et paci totius ordinis provideamus: volumus et declaramus ut constitutiones nostre non obligent nos ad culpam sed ad penam: nisi propter preceptum vel contemptum. Et ut multitudo constitutionum vitetur prohibemus ne de cetero aliquid statuatur nisi per duo capitula continua fuerit approbatum: et tunc in tercio capitulo

[illegible] fiola [illegible]
[illegible]
[illegible] zuane fiola [illegible]
[illegible]

74




Prior novitiis magistrum diligentem in instructione eorum prepo-
nat qui eos de ordine doceat in ecclesia excitet et ubicumque se
negligenter habuerint verbo vel signo quantum poterit eos studeat emendare.
Necessaria prout potest debet eis procurare de apertis negligenciis
cum ante eum petierint veniam penitenciam eis dare non differat
vel eos in suo capitulo proclamare. Humilitatem cordis et corporis do-
ceat eos habere iuxta illud discite a me quia mitis sum et humilis corde
Frequenter pure et discrete doceat eos confiteri. sine
proprio vivere. propriam voluntatem deserere. pro sui voluntate
prelati obedienciam in omnibus voluntariam observare. Quomodo ubique et
in omnibus se se habere debeant ipsos debet instruere et quod locum ubi po-
siti fuerint ubique teneant. Quomodo sibi danti aliquid vel auferenti
male vel bene dicenti inclinare debent. Qualiter ad cameras
se contineant ut occulos sublimes non habeant. Quomodo vel quando orent
et quam silenter ut aliis rugitum non faciant. Quomodo veniam in
capitulo vel ubicumque reprehensi fuerint a prelato sit facienda et quod
si quis fratrem suum aliquo scandalizaverit tam diu ante pedes eius
prostratus iaceat quousque placatus erigat eum. Instruendi sunt
et novitii ut cum nemine contendere presumant et quod in omnibus
magistro suo obediant. in processione fratrum cum collateralem
attendant. non loquantur locis et temporibus interdictis. Neminem penitus
iudicent. sed si aliqua ab illo fieri viderint licet mala videantur
bona suspicentur. vel bona intencione facta. excepto nisi humanum
fallitur iudicium. Et quod non loquantur de absente nisi quod bona sunt. Disci-
plinas frequenter suscipiant. cum duabus manibus bibant et sedendo.

Cuiquis procedens ubi femina est oculum fixerit. sive hoc in usu
habuerit vel cum femina solus non de confessionibus vel honestis lo
cutus fuerit. Cuiquis ieiunia ab ecclesia instituta fregerit sine
causa et licencia, pro huiusmodi culpis et hiis similibus veniam
petentibus et non proclamatis tres correctiones in capitulo dentur
et tres dies in pane et aqua ieiunet. Clamatis vero una di
es et una correctio superaddatur. Preter hec autem psalmi et venie
secundum quod discretioni rectoris visum fuerit pro qualitate culparum
iniungantur. Eadem pena digni sunt qui postquam missi fuerint
sine licentia reverti presumpserint vel ultra terminum
eis assignatum moram fecerint. vel siquis pro cibo vel vesti
tu vel qualibus alia re murmuraverit. Caveat autem quilibet
frater ne proclamet aliquem fratrem in capitulo de crimine et
de audita, nisi ipsum crimen possit probare. Quod si accusa
tus negaverit et accusans in probatione defecerit,
accusans pena accusati debita puniatur. Ne autem vitia
occultentur prelato suo denunciet quod vidit vel audivit.

Gravior culpa est si quis per contumeliosam et manifestam
rebellionem inobediens prelato suo extiterit vel
cum eo intus vel foris proterve contendere ausus fuerit; Cui
quis percussor fuerit; Cuiquis crimen capitale commiserit; Cuiquis
procuraverit quod ipse vel alius eximatur a potestate sui prela
ti; Cuiquis rem cum collectam receperit de hiis que prohibentur
recipi; Cuiquis rem cum collatam celaverit quam breviter ...

Rauios culpas est lorenzo mãgaride



quos oportet esse subiectos dum nimium servatur humilitas
regendi frangatur auctoritas; sed tamen petenda est venia
ab omnium domino qui novit, eos quos plus iusto forte cori-
pitis quanta benivolencia diligatis; Non autem carnalis
sed spiritualis debet inter vos esse dillectio; Preposito tanquam
patri obediatur multo magis presbitero qui omnium vestrum
curam gerit; Ut ergo cuncta ista serventur et si quid minus
servatum fuerit non negligenter pretereatur sed ut
emendandum corigendumque curetur ad prepositum precipue
pertinebit ut ad presbiterum cuius est apud vos maior
auctoritas referat quod modum vel vires eius excedit;
Ipse vero qui vobis preest non se existimet potestate domina-
nte sed caritate serviente felicem; Honore coram
vobis prelatus sit vobis timore coram deo substratus sit
pedibus vestris; Circha omnes seipsum bonorum operum prebe-
at exemplum; Corripiat inquietos consoletur pusillanimes
suscipiat infirmos patiens sit ad omnes; Disciplinam
libens habeat metuendus imponat; Et quamvis utrumque
sit necessarium tamen a vobis plus amari apetat quam timeri;
semper cogitans deo se pro vobis redditurum esse rationem; Unde
et vos magis obediendo non solum vestri sed etiam ipsius misere-
mini qui inter vos quanto in loco superiori tanto in pericu-
lo maiori versatur; Donet dominus ut observetis hec omnia
tanquam spiritualis pulchritudinis amatores et bono Christi odore de
bona vestra conversatione fragrantes non sicut servi